



Off. 59. 4.

327

A. N. D. E. D. N. I. C.  
DISSERTATIONUM THEOLOGICARUM  
**MISCELLANEARUM**  
CENTURIA Prima,

Quam,

Christo, Domino, Διαθηκες καινης, Hebr. 9. 15. Gratiae & irae  
Prov. 8: 21. 21: 20. Matt. 6: 19. Luc. 12: 33. 2 Cor. 4: 7. 1 Tim. 6: 19.  
Joh. 16: 14. 15. Col. 2: 3. Job. 38: 22. 23. Deut. 32: 34. Rom. 2: 5.  
Jer. 50: 25. Jac. 5: 3.

ARCHITHESAURARIO Propitio,  
Sub Praesidio

**PAULI GYÖNGYÖSSI,**

S. S. Theologiae Doctoris, ejusdemque Facultatis in Illustri Academia Viadrina Professoris Ordinarii, Ecclesiæ

Antiquæ Apostolicæ Anglicanæ Presbyteri,

IN AUDITORIO MAIORI  
publice defendendam  
fuscipit

**JOHANNES CSEH CSUZI, al.**

Ungarus Papensis,

ad diem 26. Julii Hor. 10. A. D. M DCC XXVII.



FRANCOFURTI ad VIADRUM,  
Literis JOH. CHRISTOPHORI SCHWARTZII, Acad. Reg. Typogr.

ANNAE  
TERRITORIUM TERRICARUM  
MAGELLANIA

CENTRALIA

VALDIVIANA

CHILE

PERU

ECUADOR

COLONIA

PARAGUAY

BOLIVIA

PERU

CHILE

ILLUSTRISSIMO HEROI  
REVERENDISSIMO atque EXCELLENTISSIMO  
DOMINO.

# DN. FRIDERICO ERNESTO

ab IN & KNIPHAUSEN,

S. REG. MAJ. ADMINISTRO STATUS INTIMO,  
ORDINIS JOHANNITICI EQVITI, & COMMENDATORI  
IN LIETZEN, CONSISTORII PRÆSIDI, RERUM ECCLE-  
SIASTICARUM DIRECTORI, nec non REGIARUM  
ACADEMIARUM CURATORI SUPREMO,

Tum

ILLUSTRI ac EXCELLENTISSIMO VIRO

# DN. HENRICO WILLIELMO THULMEIERO,

CONSILIARIO INTIMO & STATUS REGIÆ  
PRUSSLÆ MAJ. SECRETARIO,  
*Dominis & Patronis suis, in Exsilio suo Faventissimis,*  
Hoc PRÆMETIUM, Primitiarum suæ fementeis ACADEMICUM,  
velut GRATITUDINIS APPARONA  
L. M. Q. inscribit Praeses AUCTOR.

Antiqua Nobilitatis *Prosapia*, spectatissimis ; Amplissimis,  
Gravissimisque Viris, Munerum dignitate, Consiliorum Prudentiâ, A-  
vorum, suorumque meritorum *Gloria*, Virtutum, & Experientiæ Fa-  
mâ conspicuis, de Regno Hungaria, Ecclesiarumque in ea Protestan-  
tium, non tantum de *presenti*, sed *futuro* etiam *seculo* immortaliter  
optumè meritis.

- D. D. PAULO RHADAI,
- D. D. SAMUEL PATAI,
- D. D. JOHANNI BARTZAI,
- D. D. LAUDISLAUDI BARTZAI,
- D. D. ADAMO SZEMERE,
- D. D. NICOLAI SZEMERE,
- D. D. LAUDISLAUDI SZEMERE,
- D. D. STEPHANO MARIASSI.

Dominis Fautoribus, singulis ob *eximios in se affectus*, quibusvis  
*officiis*, rotisque *perpetuo suspiciendis*,

PERINDE

*Viris Dei, summe Reverendis Praeclarissimis.*

D. D. JOSEPHO CSEH CSUZI, Ecclesiæ *Anti-*  
*qua Reformatæ Papensis*, Apostolicum Christi Regnum promovendi  
*Zelo flagrantis*, *ANTISTITI* vigilantissimo, Peregrinationis suæ *A-*  
*cademicæ* Promotori benignissimo, Patri Desideratissimo, Filiali amo-  
re & Candore, ad beatissimos usque Cineres, Venerando.

D. D. JOHANNI TSEETSI, Illustris *Collegii Re-*  
*form.* S. Patachienis in *Hungaria*, S. S. *Theologizæ*, senioris *Philoso-*  
*phia*, *Sacrae Philologiae* Professori, & Moderatori Primario, secundas has-  
ce studii sui *Theologici* Rationes, animi submissi observantia sacra-  
tas, obsequiose offert

I. C. C. U. P Defendens.



### THES. I.



Bedientia Hominis erga Deum, secundum Præcepta ejus Universalis, infallibile argumentum est, eum vera fide Christum recepisse, & ternaque salutis cohæredem esse. 1. Joh. 2. 3. 2. Pet. 1. 10. Joh. 15. 14. Phil. 4. 13. Citra quod officium Obedientia, spes Christiani, est tantum præsumptio, Fides tantum securitas: consolatio, tantum Imaginatio; imo Fides Spes omnisque Consolatio solum delusiones Diabolicae sunt. 1. Joh. 1. 6. Heb. 12. 14. Eccl. 32. 26. 27.

### THES. II.

Angelorum integrorum præsentia, sicut in V. T. Ecclesiæ cultu divino publico manifesta fuit, Gen. 3. 22. 24. Job. 38. 7. Luc. 15. 10. Gen. 28. 16. 17. Exod. 19. 16. 18. 26. 36. 37. Eccl. 5. 1. 5. Dan. 7. 10. Psal. 68. 18. 138. 1. 2. Esa. 6. 1. 7. ita eorum etiam in Ecclesiis novi T. Præsentia certissima est. Luc. 2. 13. 14. Matth. 16. 27. Joh. 1. 52. 1. Cor. 11. 10. Epi. 3. 10. 15. Col. 2. 18. Hebr. 1. 14. Unde, indiscretus, inconsideratus imparatus multorum in Templum ubi Ecclesia Fidelium congregatur, ingressus, in Templo tanquam in Foro deambulatio, confabulatio gesticulatio dormitatio summa pere cavenda atque ne talibus actibus cœlestis Aulae legatorum, inspectio, irritetur, a ministris Ecclesiarum omnibus & disciplina arcessendum est.

A

TH.

TH. III.

Sicut Angeli boni in *Apparitionibus* suis , aliam formam & habitum , quam (*Hominis*, quoniam gloria eorum *excellentia* sociari nisi excellentissimæ creaturæ ; & iure Tituli eorum, quo filii Dei vocantur, aliam Figuram nisi creaturæ Imagine Dei prædictæ !) induere nequit. Gen. 18. 2. Matth. 28. 3. Mar. 16. 5. Haud secus *Angeli mali*, originem suam deferentes, hominis Personam & Habitum assumere nequeunt, sed talis creaturæ, quæ Diabolicam naturam & imperfectionem præprimis arguat, nempe *Bestiarum*. Pen. 3. 1. & *volucrum* Esa. 13. 21. 22. & 34. 15. Soph. 2. 14. Psal. 91. 13. Matth. 13. 4. 19. Jer. 50. 39.

TH. IV.

Creaturæ Irrationales, non ad usum tantum Corporis sed animæ quoque creatæ, qua ratione etiam *Angelis bonis* & sanctis *Filiis Resurrectionis* (Luc. 20. 36.) vicissim usui esse possunt, & sunt. Rom. 8. 19. 23. Psal. 36. 7. Apo. 5. 10.

TH. V.

Præceptum de *Observatione Sabbathi*. Noachi (ut dicuntur:) Septem Præceptis, inclusum fuisse Act. 13. 14. 44. & 15. 20. 21. & 16. 13. Luculentum est.

TH. VI.

Obedientiam erga *Mandata Dei* , maximum Præsidium, Universalemque Protectionem esse, adversus omnia quæ timeri possunt, pericula, manifestum est ex Promissione. Exod. 34. 24. Nusquam enim legitur in V. T. alicui, ali quod malum evenisse, propter tam longinquum iter, longissimèque dissitum locum, *Hyerosolimum*, ad comparandum coram *Jechora*, ter quotannis mandatum. Gen. 22. 8. 1. Sam. 13. 8. 13. quo respectu *justitia* Δικαιωμata. Sanctorum, bisillum velum dicuntur. Apoc. 19. 8.

TH. VII.

Diluvium aquæ. Gen. 7. 8. Lacus Sulphuris, Diluvii Ignis, Typum fuisse S. Apostolus. 2. Pet. 2. 4--9. Apo. 20. 15. Psal. 11. 6. 240. 11. Esa. 66. 15. clarissimè docet.

TH. VIII.

Silentium Scripturae S. de rebus gestis in præcedentibus

bus æstatibus; non est Sufficiens argumentum pro negativo  
Si in Sequenti ætate habeamus, ea gesta esse, luculentum  
testimonium; Quis enim dubitat decimas in Domum Jehova  
allatas fuisse ab Initio Legis licet ejus mentio, nusquam ante  
tempus Ezechia, 2 Chron. 31. 4. facta sit, neque Jubilai Celebra-  
tio solemnis memoratur. ita 2 Reg. 9. 26. de simul cum Pa-  
tre, lapidatis Filiis Nabothi s. sanctus meminit, et si. 1 Reg.  
21. 13. 15. altum de iis sit silentium; Haud secus de Historia  
Sacra Ecclesie Novi T. censendum est v. g. Sacra Cœna Synaxis,  
tribus fere prioribus seculis a Scriptoribus Ecclesiasticis,  
sub Titulo Mensa Domini non insignitur, & tamen conside-  
ratione seria habita. 1. Cor. 10. 21. quis de tali primitiva ejus  
nomenclatione præsummet dubitare?

Th. IX.

Cant. 8. 6. שְׁלֹחַת הָבָתִית Flamma Jah. Dei pulcri. Psalm. 68.  
19. est S. Spiritus Filii arrhabo Decentia pulchritudinis Christi.  
Psalm. 45. 3. in Filiatione fidelium consummata. Rom. 8. 16.  
2. Cor. 1. 22. & 5. 5. Eph. 1. 13. 14. 4: 30. Heb. 2. 10.

Th. X.

Substitutio Arietis loco Isaci, seminis Promissionis be-  
nediti & benedicentis Sanctificati & Sanctificandi jam  
jam illico immolandi, Gen. 22. & dilatio suspensioque tan-  
tisper, Unigeniti Abrahams immolationis; Totum mysteri-  
um sacrificiorum Legalium in se continet, estque illa Parabola.  
Heb. 11. 29. clavis, Universi Tabernaculi Mosis secretorum, ma-  
nifestatumque: oblatione seminis benedicti Abraha. Gal.  
3. 16. adhucdum ad expianda peccata dilatâ, locò ejus Sa-  
crificiorum animalium Sanguinis expiationem a Deo ad  
tempus definitum Διορθωσεως Gal. 4. 4. Heb. 9. 10. acce-  
ptandum Psal. 40. 7. 8. Rom. 3. 24. 25. Heb. 8. 6 - 10. neque cul-  
tum ceremoniale fore aeternum.

Th. XI.

Sacrificia quæ dicuntur Eucharistica aut Euæstica & vo-  
tiva, non fuere Typica aut Ceremonialia sed moralia in  
suo fine & natura adeoque statui Ecclesie Novi T. con-  
venienter etiam Christianos obligant. Psal. 51. 14. 76. 12. 96. 7.  
1. Cor. 16. 2. 3.

A 2

Th. XII.

TH. XII.

Sacrificia olim fuisse etiam ritum *Supplicationis*, media Deum deprecandi, tanquam munera *Fœderalia*. Tum phasis Patriarchalis: extruxit altare & invocavit nomen *Jehova*. Gen. 12. 7. 8. 13. 4. 21. 33. 26. 25. 33. 20. 35. 7. 8. Tum. Textus. *Esdræ* 6. 10. 1. *Sam.* 13. 12. & 7. 8. 9. *Psal.* 119. 13. *Mich.* 6. 6. *Prov.* 15. 8. 2. *Chron.* 7. 12. 1. *Malach.* 12. 11. *Barruc.* 1. 10. 11. Clarissimè evincit, quô respectu Primitivi Christiani, Eucharistiam etiam vocabant *sacrificium* & adhibere *Eucharistiam ad preces*. Cyprianus de *Orat.* D. & Ep. ad *Mosen* & *Max.* diserte pronunciat.

TH. XIII.

Omnes Dei extraordinariæ actiones circa *Israelem* V. T. involunt sibi aliquod mysterium Regni Cœlorum Ecclesiæ Novi. T. V. g. *Phrasis Visionis.* Apoc. 12. 14. collineat. Exod. 19. 4. adeò ut totum illud *Theatrum* effigietur, ad exemplar typorum. V. T. Ecclesiæ exsultantis.

TH. XIV.

Tentorium Conventus נְהַל סִוָּעֵר non propter Congregationem Israelis in istum locum; sed propter *Jehova* ad illos conventum, adventum, congressum dictum est. Exod. 20. 23. 24. 29. 42. & 30. 36. Num. 17. 4. *Psal.* 48. 10. Lev. 2. 5. 6. Quô sensu loca sacra congregationis a Primitivis Christianis Ecclesiæ dictæ sunt 1. Cor. 5. 4. & 10. 16. 20. & 11. 10. & 14. 15. 33. 2. Cor. 2. 14. 17. & 3. 5. 6. 17. & 4. 4-6. & 6. 16. eo respectu, *Templum Dei*, nomine *Throni Jehova*, insignitum esse. *Esa.* 6. 1. *Cer.* 17. 12. *Ezech.* 4. 3. *Apoc.* 4. 1. claram est.

TH. XV.

Sicut Spirituales & aeterna Promissiones, cum, & in Temporalibus bonis sub V. T. creditibus erant relata & attributa ita si alterutrius possessione excludebantur, tum aliùs quoque hereditate ordinariè privabantur. 1. *Sam.* 26. 19. *Psal.* 30. 7. 8. 9. 10. & 63. 1. 2. *Ezech.* 37. 11. *Act.* 8. 21.

TH. XVI.

Christianos, bona opera intuitu Mercedis æternæ & temporariæ debere præstare, Fidei Sanctorum exempla expressæ

prefesse docent & definiunt. Neh. 13. 14. Psal. 19. II. 62. 12.  
Prov. II. 18. Hos. 10. 12. Matth. 5. II. 12. 10. 42. Luc. 6. 35.  
Phil. 4. 8. I. Tim. 4. 8. 2. Tim. I. 16. 18. Heb. II. 25. 26. 2. Ep.  
Joh. comm. 8.

### TH. XVII.

Apostasix a Jehova Deo suo, Veteris Israelis, duo  
Monumenta & Epitaphia, quorum prius, dicitur, peccatum Jerobo-  
am i. 1. Reg. 15. 30. 31. & 12. 28. Posterior, via Achab. 2. Chron,  
22. 3. Sunt monumenta vicissim Ecclesix Gentium. N. Test.  
Apostasie a Fide Apostolica duobus synchronismis peracta.  
Nahum. 1. 9 - II. Prov. 30. 15.

### TH. XVIII.

In Danielis Prophetia Duplex Status Regni Christi D.  
in Novo T. futurus; Prior in visione Regni Lapidis, Dan. 2.  
34-35. 44-45. Posterior in Regno Montis clarissime depingit-  
tur. Unus quod Christus Dominus regnat in suis sanctis Co-  
los. 3. 5. Alter quod sancti regnant cum Christo; quibus duo-  
bus Regnis respondent Duo Throni, Apo. 3. 21. Matth. 19. 28.  
Luc. 22. 30.

### TH. XIX.

Phrasis Prophetica. Dan. 7. 25. a Latere altissimi, respondet  
phrasii Apostolice. Rom. I. 25. 26. παρακτισαντα. & I. Cor. 3. 10.  
Οερελιον παρα τον καιμενον. significatque Apostasiam a Fide,  
quā non quidem loco Christi & Dei, sed penes Christum & Deum,  
alii socii Conthorales ad invocandum Populo Christiano ob-  
trusi sunt, quō, etiam voce αυτικαιμενον. 2. Theff. 2. 3. alludi-  
tur, & non tam oppositus, quam appositus, coordinatus, homo,  
peccatum, Filius per dens exprimitur. Sicuti etiam Titulum  
Paparum, Sedes S. Petri, ex eadem phrasi sedet in Templo Dei,  
derivatum esse clarissimum est.

### TH. XX.

Paralellia duorum Prophetarum, Veteris quidem Danie-  
lis: Novi autem Test. Iohannis, quā, ille fuit. Dan. 9. 23. de-  
sideratisimus רְאֵלָה bannadot vir Desideriorum. Hic autem,  
quem Iesu diligebat, Discipulus Sinus Christi. Joh. 13. 23. 19. 26. 20:  
2. 4. 7. 20. Deum Mysteria Regnum Caelorum, amplius, inten-  
sius, fusiusq; revelare, P̄is Deum timentibus, Psal. 25. 14. quam  
Chri-

Christianis exsuscueris, qui dicuntur vivere, sed mortui sunt. Apo. 3. 1. Satis clare demonstrat Moses, qui cum Deo, de facie ad faciem congressus, ut, amicus cum amico, ipsam Dei formam: vidit. Exod. 33. ii. Num. 12. 8. Deut. 34. 10. humili-  
mus hominam omnium sua etatis fuit. & Syracid. 3. 19. dicit My-  
steria reteguntur mansuetis. Prov. XI. 2.

TH. XXI.

Qui Sacras Scripturas, impie, in considerate inter-  
pretatur nomen Jehovah contra tertium Preceptum, immane in  
vanum assumit. Job. 13. 7. 8. 9. 10. ii. Joh. 11. 51. Rom. 16. 17. 18. Tit.  
1. 10. - 16. 2. Tim. 3. 5.

TH. XXII.

Sanctuarium Jehovah: Jof. 24. 26. non fuit Tabernaculum,  
ubi arca Dei stetit, quæ tunc Schilunte tenebatur. Jud. 18. 30.  
31. Sed Proseucha, Locus precum Conventus publicus, quæ  
ratione. v. i. Seniores Israel ad Facies Jehovah sub dio com-  
paruisse dicuntur, quo respectu etiam ibi arbores planta-  
bantur. Gen. 12. 6. queretur dictum; Cujus intuitu, talibus  
arboribus in Domo Jehovah plantatis. Psal. 52. 10. & 92. 13. 14. si-  
deles comparantur. Apoc. 22. 2. Ezech. 47. 12.

TH. XXIII.

Titulus: *Hic est Domus Dei, & Porta cœli, in visione Ja-  
cobi. Gen. 28. 16. respondet Paraphrasi, Regnum Dei, toties  
in N. T. commemorati. Sap. 10. 10. Ostendit ei Regnum Dei, quod  
ex Sapientia Libro I. (si quidem alibi in V. T. Scriptis non  
occurrat) desumptum esse liquet.*

TH. XXIV.

Hyerosolymam descendenter Cælo, a Deo. Apo. 21. de Statu  
beatorum in Cælis exponere, tantum est, atqui docere, Cælo  
descendere significare in Cælum ascendere, neque minus absurdum  
est, quam, cum Canonista vocem constituimus, interpre-  
tantur per abrogamus.

TH. XXV.

S. Paulus nomine Evangelii. 1. Cor. 9. 23. scribens *Hec am-  
tem facio propter Evangelium, ut ejus simul vobiscum particeps fiam,*  
*externum in Cælis primum depositum indigitavit 2. Tim.  
1. 12. 4: 8. conf. 2. Sam. 4. 10.*

TH.

TH. XXVI.

Modum, Psalmos Divinos cantandi, in Ecclesia Judai-  
ca per antiphoniam (id est unus chorus Ecclesiae, Psalmi, unum  
versum, alter chorus alterum respondentem psallebat) ad for-  
mam. Esa. 6. 3. perfectum fuisse vox נָבָע ex textibus. Psal.  
147. 7. Num. 21. 17. Exod. 32. 18. Esa. 27. 2. Esd. 3. 11. & υερξεσιν  
καὶ προσφορευ. Matth. 51. 15. 16. & 11. 16. Luc. 7. 32. liquidissi-  
me docet, unde vatum antiquorum Diverbiū. Amant al-  
terna Camena.

TH. XXVII.

Axioma, Sponsus aut Gener Sanguinum Tu mihi es. Exod. 4.  
25. est formula Liturgie in Sacramento Circumcisionis consue-  
ta consecrationis hoc sensu : quasi dixisset. Filio circumcisō,  
(de quo lis erat) Tu per me factus es Gener Deo, per Sangui-  
nem Circumcisionis, aut Es mihi in generum despensatus circumcisioni,  
i.e. Ego per hoc Sacramentum Circumcisionis te despone  
Ecclesia Dei, vox enim בְּנֵי & generum & sponsum notat,  
eo respectu S. Paulus Compater A&t. 16. 3. Timotheum Fi-  
lium apellat. i. Tim. 1. 2.

TH. XXVIII.

In Sacramento Eucharistie, vinum quod excellentius ha-  
beri potest, adhibendum esse, Lex num. 28. 7. manifeste in-  
nuit. Sicut & Judæi in cena Paschali, delicatisimis usi  
sunt vinis ; interim in his sacris epulis, non vinum  
sed amor Dei per spiritum cor latifundat. Cant. 1. 2. 4. 4. 10.  
Psal. 4. 8. Mal. 3. 17. 18.

TH. XXIX.

Phrasis, in Novo T. frequenter notata Filius hominis,  
veniet in nubibus. Luc. 21. 27. desumpta est, ex Daniele, extra  
quem in Scripturis Veteris T. nec Filius hominis neque Thronus  
nubium memoratur, quo Apostolum etiam collineasse, Hebr.  
12. 1. manifestum est.

TH. XXX.

Emblema Draconis & Mulieris Parturientis, Apo. 12. 1. 5.  
repräsentat ; quod sicut, Satanam, Protoplastis, Gen. 3. Pha-  
raonem, Ezech. 29. 3. 4. 31. 4. 32. 2. Esa. 19. 5. 6. 7. 8. Israeli, Peculio  
Dei, in Ægypto nascenti, utque deinde Herodes Christo Do-  
mino,

mino, ita Draconem Pharonem Romanum. Utrumque, in Exodo Evangelii & Reformationis, Christo Mysticō, quem Ecclesia velut partum septimestrem parditura erat; insidiatum esse, ut eum statum a partu oppimeret. Hebr. 13. 8.

TH. XXXI.

Vox χριστα Apo. 17. 1. Peccatum, non condemnationis Judicium Babylonis exprimit. Jud. v. 4.

TH. XXXII.

Titulus nominis Βλασφημιας toties in Apocalypsi S. Joannis repetitus, juxta analogiam phrasis Prophetica. Ezech. 20. 27. Esa. 65. 7. Prov. 14. 31. Psal. 69. 10. Jer. 23. 15. 17. Idolatriam Ecclesiaz Novi T. Romanaz indigitat.

TH. XXXIII.

In Typica enumeratione 12. Tribuum Israelis Apo. 7. 3-8. Dan abjicitur, Ephraim subcticetur, tanquam *Apostasia* Israelitica Primiceri & Primipili. Jud. 17. & 18. quoniam ista ratione Religionis Prioris Figurandis, emblematisbus inepti essent.

TH. XXXIV.

Ονοματα ανθρωπων, εξ των απαξ λεγουμενων Apo. II. 15. in Terre motu septem millia occisa, sunt totidem familia Ecclesiastica Illustris, Ecclesiaz Romano Papanz addictaz, juxta analogiam S. Scripturaz: Job. 30. 6. Eph. 3. 15. Gen. 6. 4. Psal. 16. 4.

TH. XXXV.

Mare Stylo Prophetico, saepius ditiones Incolarum amplitudine turgentes significat. Jer. 51. 36. 44. Ezech. 8. 4. Esa. 9. 5. Apo. 8.

TH. XXXVI.

Vocat, Filios aliquos Sacra S. alicujus, non per & propter generationem naturalem; Sed per & propter imitationem alicujus fidei vel peccati, ex gr. Jud. 18. 30. Idoli Danitici Sacerdos vocatur Geronis Filius, qui fuit Manasse Filius; ast Constat. Exod. 2. 22. 18. 3. gersonem Moysis filium, non Manassis fuisse, hujus tamen dicitur anticipative filius, quoniam in idololatria imitatus est ipsum Manasse. Conf. Esa. I. 10. Joh. 3. 38. 39. I. Joh. 3. 7-10. Judai Hyerosolimitani vocantur Sedome

*Sodoma & Gomorrha* Populi propter peccata eorum, quæ  
fibi imitanda proposuerant. Sic 2 Chron. 28. 19. *Achaz*,  
qui fuit *Rex Iudeæ*, dicitur tamen *Rex Israel* non propter  
Successionem; sed mali imitationem, non secus Fidei imi-  
tatione, fideles Gentiles vocantur *Filiæ Abraham & Filiaæ Saræ*.  
Luc. 13. 16. Rom. 9. 6. 8. Gal. 4. 29. 5. 28. 1. Pet. 3. 6.

TH. XXXVII.

Vox, TIVES, in Sacra Scriptura, frequenter non par-  
vum; sed maximum numerum indigitat. Exod. 32. 38. Num.  
25. 3. 4. & 9. & 10. & 14. 1. 1 Tim. 4. 1. Rom. II. 17. 32. 1 Cor. 10. 7.  
1 Pet. 3. 1. Heb. 3. 16.

TH. XXXVIII.

*Φιλησα αγιον* Apostoli. Rom. 16. 16. 2. Cor. 16. 20. 2. Cor.  
13. 12. in Primitiva Ecclesia, osculum reconciliationis, ante S. Syna-  
xim mutuò, a communicantibus exhiberi solitum, dictum  
est: Psal. 2. 12. cui immaculata Novi T. ceremonia, in se-  
quioribus ætatibus Ecclesiæ, crux circumgestæ osculum, cum  
detestando, idolatriæ criterio substitutum est.

TH. XXXIX.

Dominum Messis eundem, messemque eandem esse, Matth. 9.  
37. cum illo, illaque. Apo. 14: 14. 15. 16. vox illa επαλλε  
operarios, extrudat, ejiciat nolentes etiam & invitatos, eis  
Θερισμὸν αὐτῷ, liquidissimè evincit, atquè ita allegoriam θε-  
ρισμού, non stragis ac excidii tantum. Jer. 51. 33. Esa. 17. 3. sed  
restitutionis & salutis emblema esse. Esa. 9. 3. 16: 9. 17. 5. Jer. 8. 20.  
Psal. 129. 7. 8. Jer. 5. 24. Hos. 6. II. Mich. 4. 12. 13.

TH. XL.

Praxin & facta hominum, non esse firma argumenta,  
probare aliquid, esse, vel non esse de jure Divino, n. gr. Fe-  
stum Tabernaculorum. Deut. 16. 16. 17. Exod. 34. 22. Lev. 23. an-  
niversariè observandum, clare definitum est, tamen a  
temporibus *Josue*, usque ad diem *Nchemie*. Spatio fere duorum  
mille annorum observasse Iudæos negatur; & quis non  
obstupescat quod in temporibus florentissimis Ecclesiæ,  
Reipublicæque *Israelis*, plentissimorum præcipue Regum,  
*Davidis*, *Schelomonis*, *Hizkia*, *Josia*, *Jehoaddæ*, tam clarissimum  
Dei preceptum, de observando eo festo, neglectum esse;

audi enim Spiritus S. testimonium. Neh. 8. 17. a temporibus Josua Filii Nun, ad hunc diem ita non fecerunt filii Israelis. Tremendum p. d. haec audire: verum, quidquid scriptum est olim in nostram institutionem scriptum est. Rom. 15. 4. considerandumque, ita in tam nefario Legis neglectu insigne mysterium absconditum esse: Scilicet quod Judaei non possunt recognoscere Christum esse illum Emmanuel. Esa. 9. nam Christum in cruce passum esse, non negant, cuius Paschalis agnus Typus erat; ideoque blasphemè vocant Jesum, suspensem, Talm. neque denegant Christi Evangelii Doctrinam publicatam die Pentecostes, licet fructum & mysterium e-  
jus non credant; ast vero quod *is Deus sit in carne manifestatus*, quod Festum Tabern. præfiguravit, audire & credere nequeunt, prouti etiam Concilium Pontificum & Procerum Jesum C. ideo condemnavit, quod se dixerit *filium Dei esse*: Et hodie mille septingenti anni currunt, ex quo insificantur divinam naturam in carne tabernasse. Joh. 1. cum itaque Ju-  
dæi, revertabantur ex Captivitate Babel, tunc a Nehemia re-  
stauratum hoc Festum, non secus quando restituentur, ex tam longa Captivitate Romana, tunc defacto agnoscens &  
recipient hoc magnum mysterium, i. Tim 3. 16. ad quam phra-  
sin mysterii collineat idem Apostolus etiam. Rom. II. 25.  
cum disertè ait. πορων illam Israeli incubituram, usquè  
ad πλεονα των εβρων; nempe Captivitatis Iudeorum inter gentes  
disparsarum. Matth. 23. 39. Deut 32. 34. Psal. 107. 1-15. & 85.  
14. 106. 47. i. Thess. 2. 16.

#### Th. XLI.

Inter sacros vestitus Pontificatus Veteris Ecclesiæ ap-  
paratus, Urim & Thummim duplicita oracula & ad distinctos  
usus destinata fuisse. ex Num. 27. 21. Sam. 28. 6. clarissi-  
mum est, nempe per *Urim* respondebatur ad quæsita du-  
bia, casusque ancipites, eoque respectu *Urim* nominata,  
quasi dispellendo tenebras dubietatis, illumininabat in-  
terrogantes. 2. Cor. 4. 3. 4. 5. Eph. 1. 18. per, *Thummim*  
vero Pontifex certificabatur, an *Sacrificium perfectum*, *Je-  
hova* acceptum, nec ne fuisse; ideo *perfectio integritas dicta*,  
*quia sacrificium ritè peractum*, atque ita Deo acceptum fuisse  
mani-

manifestabat. Mal. 1. 6-19. quo Josephus Antiquitat. Jud. L. 3. c. 9. licet. imperfecto sensu, collineat, cum, dicit, quoties a Deo accepta essent sacrificia, toties lapis Onyx in sinistro humero Pontificis, insolito fulgore resplendebat verum hic mos ante etatem ejus ducentis Annis a Iudeis cessasse dicitur.

TH. XLII.

Consideratio seria & accurata, videlicet, quod in Scripturis Sacris, multa conjunctim narrantur, que tamen longo intervalllo tempore suo divisa forent, de multis absurdis interpretationibus a Commentatoribus cautum esset. Dan. 2. 40-45. 9, 24-27. 12, 2. 3. 1 Thess. 4. 14-17. 1 Cor. 15. 51. 52. Matth. 24. 29. 30. 31. 25, 32-46. Sicut *Judicium* Cap. 17. 18. clare evincit, quod multa sunt in S. S. contextu posita, quæ non ibi, eademque temporis serie gesta sunt, ubi descripta sunt; quæ si loco suō reponantur, nullam difficultatem pariant.

TH. XLIII.

Phrasi, *εκ των απαξ λεγομένων*; Beati pauperes spiritu, indigitantur illi, qui animi affectu resoluti sunt, Mundo renunciare, & Christum super omnes Mundi divitias amare & estimare, quō respectu. Luc. 6. 20. simpliciter, pauperes beati efferuntur. conf. Matth. 19. 37. 19. 23. Luc. 18. 28. Esa. 57. 15.

TH. XLIV.

Nomen *Pacis* in epistolis Apostolorum toties repetitum, significare reconciliationem credentium, cum Deo per Remissionem peccatorum. ex Act. 10. 36. 43. Eph. 2. 17. 18. Col. 1. 19. 20. Rom. 16. 20. Heb. 13. 20. liquidissimum est. & quidem reflexivē ad alia Spiritū S. testimonia. Num. 6. 26. Jud. 6. 24. Psalm. 85. 7. Cant. 8. 10. Jer. 16. 5. 29. II. Esa. 9. 6. 52. 7. 53. 5. 57. 19. Ezech. 34. 24. 25. 37. 26. Hag. 2. 9. Zach. 9. 9. quō respectu. Leo. Sermone. 6. de natali scribit. *Natalis Domini, natalis est pacis.* Luc. 2. 15.

TH. XLV.

Character *ανθρωπίας Ecclesiae* Novi T. visibilis & præcipuus, est *Idolatria peccatum*: quæ ratio etiam est, cur *Babylon* in *Apocalypsi*, insignitur *Titulis*, non *Mendax*, non *Cruelis*, non *hæretica* non *homicida* (licet omnibus illis vitiis etiam scate-

**Scatent:** ) sed mererrix magna Mater scortationum totius Terra  
Apo. 17. Prout *Vinculum Thoris* Conjugalis, nulla ex parte dis-  
solvit peccatum furti, blasphemie, ebrietatis, latrociniis, crudelita-  
tis, desertionis, hereos, &c; sed solum Adulterium; eadem est  
ratio, *Communionis Christi & Ecclesie & divortii seu Apostasiz.* v.  
gr. *conversio ad Christianismum* i *Theiss.* i. 9. dicitur, *aversio ab Ido-  
lis*, ad serviendum vero Deo & Christo, sic ex adverso,  
*conversio ad Idola*, a vero Deo & Christo, vocatur solum  
*Apostasia*, hoc fine firmiter tenemus. *Apostasiam Ecclesia Novi  
T.* visibilis non in *Judaismo*; sed *Gentilismo* confistere, nem-  
pe *Judaismum* gerere *Typum Veræ Ecclesiaz*, *Gentilismum* verò  
*falsa Ecclesiaz*.

TH. XLVI.

Quoniam varix nationes in S. S. exprimuntur, per no-  
mina Titulosque Deorum Suorum gentilitiorum Num. 21. 29. Deut.  
4. 28. & 28. 64. & 32. 17. 21. Jer. 16. 13. 1 Sam. 26. 19. 2 Chron. 28. 3.  
Jer. 51. 44. 2 Reg. 18. 33. patet, extollere se super omnem Deum. Dan.  
11. 36. non aliud esse; quam *victoriam* super omnes nationes in-  
nuere.

TH. XLVII.

Lapidis unius illius septem oculi seu fontes Zach. 3. 9. cum 7.  
oculis, & cornibus Agni. Apo. 5. 6. identificantur; prout et-  
iam septem oculi. Apo. 5. 1. *Jehovæ*, Zach. 4. 10. II. repræsenta-  
ti, per 7. lampades, sunt septem angeli coram Throni facie  
stantes Apo. I. 4. 4. 5. 5. 6. 8. 2.

TH. XLVIII.

Sacra Cœna Mensa a primitivis Christianis, ad exprimen-  
dum omne ejus mysterium Solium Christi sancte dictum est.  
Matth. 22. 2 - 14. Luc. 14. 15. prouti Δοξολογιας Agni, Apo. 4.  
II. 5. 12. argumentum continet, *Hymnologia*, qua Ecclesia uia est  
primitiva in sacra synaxeos Liturgia.

TH. XLIX.

Alluditur. Apo. 20. 12. ad librum *Commentariorum Dei*  
Psal. 15. 6. 10. & 139. 16. juxta cuius recensionem, membra cu-  
jusque in *Judicio Agni* vel glorificabuntur, vel affligentur  
2 Cor. 5. 10. Job. 34. II. 27. II. 12. Mal. 1. 7. Gen. 3. 15. Obad. v. 15.  
Hab. 2. 8. Ezech. 35. 15. 2 Sam. 31. 4. 16. 22. Jer. 26. 23. & 22. 19. & 5,

19. 1 Reg. 21. 19. 2 Reg. 9. 36. Num. 14. 33. 34. Jud. v. 15. Nam quod Deus Supremus Legislator fœdus aperiit cum homine non quoad animam & in anima tantum. Sed etiam in Corpore erexit. Textus S. Scripturæ Gen. 6. 12. Lev. 19. 28. Num. 27. 16. Job. 34. 11. Psal. 63. 3. Rom. 6. 12. 13. 19. 1 Cor. 6. 13. 20. Gal. 5. 16. 2 Cor. 5. 10. 1 Thess. 4. 4. 2 Pet. 2. 10. 18. Jud. 9. 19. clarissimè evincunt; & resurrectionis corporis humani fœdus disertissimè innunt.

THES. L.

Esa. 30. 8. per *Testimonium Seculi*, Sacra Scriptura V. & Novi T. 1 Cor. 2. 6. 7. Esa. 8. 20. intelligitur.

TH. LI.

Psal. 78. 66. Opprobrium Seculi, in Typum Opprobrii futurorum Seculorum positum est. Psal. 25. 3. 31. 18. 35. 4. 40. 10. Apo. 3. 18. 16. 15. sicuti. Jer. 51. 39. per *Somnium Seculi*. πορωτιν. Babelis *Mystica*. Esa. 29. 10. Jer. 23. 27. Matth. 13. 25. innui asseveramus.

TH. LII.

*Signum illud*. Esa. 66. 19. in Gentibus cum Judæis conversis ad Ecclesiam accurrentibus. Esa. 60. 5 - 12. est. *Signum Filii hominis*. Matth. 24. 30. Luc. 2. 34. definitum.

TH. LIII.

*Signum Caini*. Gen. 4. 15. cum *signis mendacii*. Esa. 44. 15. 2 Thess. 2. 9. cohædere, idque *Signum meretricis*, Babylonis *mystica*. Apo. 17. 5. adumbrasse, illudque oppositum *Signo Veritatis Fœderis Abrahami*. Gen. 17. 11. & *Rahabi*. Jof. 2. 14. asserimus.

TH. LIV.

*Spiritus ventriloquus*. Lev. 20. 27. Deut. 18. 13. eorum quorum *venter Deus est*. Phil. 3. 19. Mendacii spiritus est Psal. 1. 7. 14. 1 Reg. 22. 17. 2 Thess. 2. 11. 12. 1 Reg. 22. 22.

TH. LV.

*Vestitum peregrinum*, Soph. 1. 8. *oppositum*, *Vestibus Justitiae Christi Agni & Sponsæ*. Eph. 4. 21. 24. Psal. 132. 9. Prov. 31. 21. Apo. 19. 7. 8. *Meretricis Babelis* בָּבֶל Jos. 7. 21. 24. *anathema furto subduatum* Apo. 17. & 18. ostendere contendimus.

TH. LVI.

Politicorum axioma, Dominum rerum in gratia fundari Christianum esse; sed non secundum cerebrum Paronymphorum Ecclesiae Romanae Pontificis asserimus. 1 Cor. 3. 20-23. Esa. 33. 1. Col. 1. 19. Heb. 1. 2.

TH. LVII.

Enunciatum; Articulus, qui tempore Nicæni Concilii Fundamentalis Religionis Christianæ non fuerit, neque hodie haberi debet: incremento universalis Regni Christi invisum est. Eph. 4. 13. 15. 2 Pet. 3. 18.

TH. LVIII.

Duellii Christi Domini, contra Primiceros Apostasie, Theatrum. Apo. 19. 15. ex Esa. 11. 4. de Scriptum esse. Paulus 2 Thess. 2. 8. diserte innuit: Prouti novæ Hierosolymæ delineatio. Apo. 21. a v. 23. ad finem, transumpta est. ex Esa. 60. 19. 21. & 52. 1.

TH. LIX.

Terminus quinque mensium Locustarum, homines torquendi Apo. 9. 5. 10. non ad totum tempus plagarum locustarum pertinet; sed tantum ad tempus tormenti durationis eorum in hominibus.

TH. LX.

Per lapidem *Imaginationis*. Lev. 26. 1. Spiritum S. imagines lapideas mortuorum representativas, qualibus hodie Romana Ecclesia, ad sanctorum invocandorum memoriam utitur, sibi in *Imaginatione* sua representari eorum, *archetypos*; ut cultus, non in statuis; Sed in sanctis terminetur, intendisse, atqui hanc *Idolatriam* prohibuisse, credimus. conf. *lapidem Inanitatis, Vacuitatis* Esa. 34. 11. *lapidem caliginis & Umbra lethalis*. Job. 28. 3.

TH. LXI.

Reseratio illa Templi in Cælo, qua ad Tuba Septima sonum, Arca fæderis, (cujus post desolationem Templi primi nulla usquam mentio est, ne quidem in Ezechieli Templo Ezech. 43. & seq. non sine insigni mysterio,) conspicitur. Apo. 11. 19. est revelatio Christi (:cujus illa typus est) apparentis in nubibus Cæli; ut eum conspiciant, qui transfixerunt Fæderati per-

perfidii. Zach. 12. 10. Matth. 24. 30. Apo. 1. 7. prout prædi-  
xerat Dominus. Matth. 23. 29.

TH. LXII.

*Phrasij, sententia illius. Apo. 18. 2. 3. clamavit in robore  
voce magna, Cecidit Babylon. &c. ab Angelo publicata; res-  
pectus est, ad morem antiquorum, quo Preco olim inter  
cœdendum reum, causam supplicii edere & proclamare fa-  
lebat.*

TH. LXIII.

Cum in descriptione illius Meretricis magna B. cum  
scortatione conjungitur, Φαρμακεία. Apo. 18. 2. 3. 23. alluditur,  
ad typos. 2. Reg. 9. 22. Nah. 3. 4.

TH. LXIV.

*Bestia terrestris. Job. 40. 10. Behemot. & Marinæ, Leviathan.  
cap. 41. I. Titulo, quō, ille, dicitur principium viarum Dei.  
v. 14. Hic autem, Rex super omnes elatos superbos insignitur.  
v. 39. Illas, cum duplice illa Bestia, ex mari una, altera ex  
Terra ascendent, homogeneas esse. Apo. 13. clarissimè innui-  
tur.*

TH. LXV.

Dari satis factiones pro reatu pœnæ temporalis sponte  
assumptas, ex. 2. Sam. 12. 16. 1. Reg. 21. 29. Jon. 4. 10. Exod.  
33. 5. Joel. 2. 14. liquidissimum est.

TH. LXVI.

*Note Ecclesia quindecim, quas Bellarminus veræ esse  
statuit, omnes eadem Gentilismo etiam convenientiunt.*

TH. LXVII.

*Prima defectionis Ecclesia labes, quæ in Caini Apofla-  
gia manifestata fuit, in tribus fundamentis posita est. I. In  
Infidelitate erga semen Mediatoris promissum, quam Abe-  
lis fidem celebrans Apostolus Heb. 11. 4. clarissimè per an-  
tithesim innuit, unde a Deo admonitus, peccatum suum  
non agnovit, atque ita ἀμετανοησιαν suam ex eadem radice  
pullulasse demonstravit. II. Εθελοθρευκια, cultum Dei,  
secùs quam oportuit, praeformans in quā se exeruit, diu intus  
latens artus. III. In fratricidio primo per hominem in  
hominem patrato homicidio, in quod a fide deficientem  
præci-*

præcipitavit, *invidia*, quo rectæ rationis etiam dictamen, Legem εὐθυτὸν pessum dedit, atque in totum fœdus Divinum, & partes omnes ejus rebellis extitit, ex quo Apostatarum primus, futuorumque omnium etiam in N. T. in fidem perduellium τύπος declaratus est. 1 Joh. 3. 12. Jud. com. II. Quæ Apostasia non sine Mysterio nonō supra centesimum & vicesimum Annō post fundatam in Promissione & receptione Liberatoris Ecclesiam Gen. 5. 3. accidit.

### TH. LXVIII.

Postquam verò Apostasia hæc Caini palam se aperuit; Jehova, qui curam tenera Ecclesiæ adhuc gesit immedia-tam, illum in *familia* sua tollerare amplius noluit, ne Apostata qui Caino complices erant (quorum ingens fuit exercitus; siquidem eorum ope & consensu ad Urbem extruendam (iftius Apo. 17. 18. πρωτοτυπον) se accinxit, suō consortio, Semen Sanctum inficerent, ipsum e Pomoris Ecclesia, maledictione onustum; prout nepotem ejus æqualem Apostatarum Primicerum Cœnan & nominis & defectionis Haredem Gen. 9. 25. Ezech. 16. 4.) excommunicavit Gen. 4. 13 - 16. atque ita progressa hypocrisi Cainitarum, ab Infidelitate adversus Deum ad Sanctorum persecutionem, occasionem Reformationi Ecclesiæ, & necessitatem Goeli Seminis benedicti præbuit, cuius in ejectione & anathematizatione primum Divinum exemplar, specimen Apostatarum devitationis futuris omnibus atatibus Ecclesiæ delineavit, Regulamque Reformationis, Familia CHRI-STI secuturis generationibus Prosapia Cœlestis, Enoschi. Gen. 4. 26. 5: 4. Noe Genes. 6. 9. Hebr. II. 7. Heber. Peleg. Gen. II. 1 - 8. Abrahami Gen. 12. I. Jacobi Gen. 35. 1 - 4. Moysis Num. 16. 5-26. Josue. Jof. 7. 23. 28. 24. 1 - 28. Ezechie 2 Reg. 18. Esdra Nehemia. Neh. 8. 15 - 19. Ecclesiæ Novi Testamenti Matthæi 3. 7 - II. 20. 21. 24. 51. 15. 32 - 46. 2 Joh. 4. 10. II. Judæ v. 20 - 24. Apo. 7. & II. & 12. & 14. & 15. & 17. & 18. & 19. & 20. columnis Civitatis Dei inscripsit.

### TH. LXIX.

Leges, inter genus humanum, ante Mosaicas alias scriptas fuisse improbabile est, meraeque sunt conjecturæ, quæ afferuntur, ad probandum, literaturam ullam antecivisse, quam exaravit Deus in tabulis lapideis, sub Cœlo (alia enim ratio

*ratio est autographorum Cœlestium: ) neque statas ullas leges;*  
quamvis *αγερός* ultrà sanæ rationis dictamina, populos  
ad sui regimen constituisse, ante Periodum Mosaicum, ido-  
neus aliquis testis est; in principiis, enim Reipublicæ, Orbis,  
Gentium nationumque, eorum penes quos erat arbitrii  
Imperium Lex erat publicæ Societatis; ut *Commune* illud  
*equum bonumque*, quod naturæ humanæ congruum est; i-  
tem *Confuetudines antiquas & rationis*, utilitatis axiomata  
quibus fretus populus in *Civitatem* coalescit, Sanctè obser-  
varent, ab iis vicissim exigebatur; eō quod *jus, potestatem uni-*  
*us, plurimum in alios, ab ipso Deo, originem suam duxi-*  
*se perspectum semper sipientes habuerunt.*

TH. LXX.

*Revelationem Cœlestem, primum esse fundamentum,*  
*solan normam Unicam, Regulam Omnis cultus religiosi Deo*  
*grati & accepti, Primus Articulus est Ecclesia vera.*

TH. LXXI.

Nulla Reformatio Ecclesiastica, a primo tempore Caini &  
Enoschi reformationis προτοτυπον perfecte expressit, nequè  
ullius atatis Ecclesia in statu Reformato, originariæ constitu-  
tionis primitivaque Indolis durationem aquasse deprehenditur,  
Deus misereatur decrepita etatis Psal. 71. 18. Ecclesia suæ, ne  
exemplo fiant Ecclesia Protestantium. Apo. XI. 9-13. Quas Ec-  
clesiarum Apostolicarum Perfectionem, haec tenus nusquam  
asssecutas, dolent sacræ Scripturæ Filii; Rebus enim terrenis  
plurimis intricatae, se, ex earum laqueis an aliquando  
expadiat; Unde ominari proclive est, ne tanta, temporis  
periodo, ea *sordiditatem & puritatem* quas gratiose adeptæ sunt,  
ornatæ, provehantur, quantum permensæ sunt, Ecclesiarum  
illarum Primitivarum, quas tamen defecisse novimus. Apo. 2. & 3.  
Jud. v. 4. 2 Pet. 2. 1-3. 2 Tim. 4. 3.

TH. LXXII.

Joannes enim Propheta, πνεύμως suggestus, Paulo antè Bestia  
excidium, Universam Ecclesiam Reformatam (& si modico  
tantum, & ὡς ημερών. Apo. 8. 1. tempore) oppressam (at-  
que tremendum cogitare) penitus sub versam iri. Testes  
enim Evangelii Dei. Apo. II. paulò antè lugubris Prophétia suæ  
exi-

exitum, cum jam eò aspirarint, ut saccum (jam eorum testimonio receptō) exuerent, & diuturnum ob cultus Christiani prostitutionem, luētum finirent, a Bestiā illa abyssina proferrentur & conculcabuntur, in Platea Urbis magna orbis Christiani; si quidem Teatrica Apostasias tempora (Bestia, adhucdum regnante) Periodum suam nondum decurrerunt.

TH. LXXIII.

Prout prima in pœnam illorum, nova Creatio facta est. Num. 16. 30. qui, post emendationem Cultus Divini, sacrilegiō prophani proximè peractam. Num. 15. 32-36. administrationibus Sacerdotibus ingerere se ausiebant, atquè ita totum cultum veteris Ecclesie, (cui cum sacerdotio in dissolubilis societas erat) prophanare tentassent: Haud aliter Ultima Creatio in Pœnam. Apo. 16. 18. in exitium eorum manifestabitur, qui post Reformationem Apostasia Ecclesie Novi testam. in cultu & sacerdotio spirituali, per Protestantes institutam, vicissim sub Titulo Ecclesia Catholica (uti illi; Num. 16. 3.) Unicum & spirituale Christi Domini Sacerdotium, exindequè fluentem totum Ecclesiasticum Novi T. cultum temerare, pristinum presumunt.

TH. LXXIV.

Quod, Spiritus S. imaginis & similitudinis Adami (ad quam Sethum anno ætatis. 130. generasse dicitur.) Gen. 5. 3. propagationem, ad prosapiam Divinæ in semine Mulieris. c. 3. 15. restituta imaginis & similitudinis, (& nonlapsus) dimanationem reducat, consequenter, enumerata eodem capite seminis sancti Genealogia, certissimè evincit. v. 4-31. quô respectu etiam Luc. 3. 38. Adam, Filius Dei vocatur, non propter primam; sed novam creationem, quoniam catalogus tantum Patriarcharum in ipsum reducitur.

TH. LXXV.

Tubas duas. Num. 10. 1-10. earumque duplicitis soni ad varios fines, in Israelis, modo seniorum tantum; modo totius Ecclesie congregatione, clarigationes, emblemata esse Tubarum mysticarum perinde parallelia, in diversis Ecclesie Novi T. clarigationibus personandarum ex Matth. 24. 31. & Cor. 15. 52. i Tess. 4. 16. evidentissimum est.

TH. LXXVI.

TH. LXXVI.

Sicut, spiritum S. phrasit. απὸ παταζολης κοσμου. *Apo. 13.*  
8. 17. 8. de ejectione Diaboli, de spe sua, regnum in toto Ge-  
nere Humano obtinendi, loquutum fuisse. Textus Heb.  
11. 11. 6. 1. *Apo. 12.* 10. 2 *Cor. 4.* 9. vocem παταζολης de ejectione  
(non fundatione) intelligendum recte vincunt: ita κοσμον,  
pro ipso Principe Mundi satana accipiendum sententia Chri-  
sti Domini. *Joh. 15.* 18. 19. Mundus prior me odio prosecutus est,  
quam vos, conf. *Joh. 12.* 31. 14. 30. rite demonstrat.

TH. LXXVII.

*Jesabel*, testes falsos, ad occidendum Nabothum, præ-  
textu impatiæ; quod Deo benedixisset, vineamque ejus hære-  
ditariam, iniqui juris violento processu, occupandam,  
undique per seniores *Jesreel*, conquirens: Typus fuit,  
*falsorum testimoniū*, a Primoribus Judæorum contra Christum  
Dominum, ut ipsum, ceu: hæredem cœlestis vineæ Patris fa-  
milias opprimerent. *Matth. 21.* 33. 46. & 26. 60. 61. Prout hi  
testes vicissim antitypi sunt Ecclesiæ hodiernæ falsos Testes ex Tra-  
ditionibus Patriciis, scriptis suppositis, corruptis, adulteratis, ubique  
conquirentis, ut Ecclesiam Novi Testamenti Chatolicam, sibi  
propriam esse mentirentur, eoque fine, sanguine testimoniū Iesu Christi,  
jam tot retro seculis madentis, ideoque *Jesabeli* condigno  
exitio, ex Templo Dei exterminandi. 2 *Reg. 9.* 30. 37. *Apo. 2.*  
21--23. & 14. 8. 20. & 16. 5--7. & 18. 6. & 20. 24. *Deut. 32.* 42.  
*Psal. 149.* 7-9. 63. 12.

TH. LXXVIII.

*Primogeniti Tenuiū* *Esa. 14.* 30. *Primitias Agni* *Apo. 14.* 4.  
(prouti LXX. *Exod. 22.* 29. vocem απαρχας & πρωτοτοκος  
succenturiant) significant, qui sunt *Apostoli* eorumque  
veri in *Mynisterio Ecclesiæ Novi T. Successores*. *Joh. 15-16.* 17. 6. 7.  
18. 22. 23. 24. 26. 1 *Cor. 15.* 23.

TH. LXXIX.

*Nova Lingua* *Marc. 16.* 17. non *idioma variarum Linguarum*  
*nationum*, sed *novi Hominis* per regenerationem, in membris  
etiam *loquela Sanctificationem*, quæ novis canticis magnalia Dei an-  
nunciarent. *1 Pet. 1.* 1. 9. *Rom. 6.* 19. 7. 6. *Esa. 19.* 18. & 57. 19.  
& 6. 7. *Psal. 51.* 12. 17. & 40. 3. 2 *Cor. 5.* 17. *Gal. 2.* 20. significant.

TH. LXXX.

**Verba Matth. 28. 19.** *βαπτιζόντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄντα νόμον* ver.  
tenda esse, ad nomen (& non in nomen) Patris, Filii & Sp. S.  
Prophetix & Promissiones de Regeneratione Fidelium Novi  
Test. & in Familiam Dei adoptione, satis evincunt. Num. 6. 27.  
Gen. 48. 16. Exod. 23. 21. Esa. 44. 5. Psal. 72. 17. 73. 15. Gal. 4.  
5. 2 Cor. 6. 17.

TH. LXXXI.

*Est Regula Spiritus S. in consignandis instrumentis Fœderis  
Gratia;* ut sibi id postponat, a quo velit sequentia in-  
choare; ut Heb. 12. 23. ubi post illa, *Spiritus justorum perfecto-  
rum legere est N. Test. mediatorem Jesum, & Sanguinem aspersio-  
nis;* quia de Sanguine Christi loquendum erat, meliora lo-  
quentem quam Abeli; conf. 1 Tim. 3. 16. ubi, *assumptus est in  
gloriam,* eadem ratione ultimo loco ponitur. sic. Apoc. 1. 4. 5.  
*Et a septem Spiritibus, & a Iesu Christo,* quia de Christo erat  
concio continuanda, deinceps in sequentibus; hinc ergo  
Divinitati Christi Domini nihil derogatur.

TH. LXXXII.

*Gibeonite, calliditatis & Similitudinis velo, Israelitæ Dei, nuper  
Ægypto egresso, & hereditatem promissam ineunti, imponentes;  
qui, cum ex proximo venirent, iter, ex longinquuo, mu-  
cidi panis & vestis detrita, calceorumque erosionis prætextu menti-  
ebantur. Josue cap. 9. liquidi typi fuere, istorum Ecclesiæ  
Novi T. Flaminum; qui ut suæ Ecclesiæ antiquitatem, præ  
Reformatæ Ecclesiæ, statuminarent, Traditiones Patrum, ex lon-  
ginquuo, fucd malo, delinitas, suppositiis & interpolatis scriptis  
erosas, improbo dolo & labore undiquaque conquerunt,  
cum, Primitiva Ecclesiæ veritatis, sinceritatis genuino antogra-  
pho & chartere in totum destituantur.*

TH. LXXXIII.

*Quod in Libro Revelationis, nova Jerusalēm Civitas Dei, ti-  
tulo Civitas magna & Sancta, non vocatur, licet intitulationis  
istius in antecedentibus locus erat. Apo. 3. 12. & 20. 9.  
nisi, demum post excidium Babylonis, (que roties haecenās Civi-  
tas magna dicebatur) Apo. 21. 10. mysterium, consolationis & spei  
Ecclesiæ Novi T. Protestantium, indigitat.*

TH. LXXXIV.

TH. LXXXIV.

In executione *Judicij Babelis*. *Apo.* 18. 21. alluditur ad *tumulum seculi*. *תַּלְצָוָלָם* Deut. 13. 16. *Jos.* 8. 28. *Esa.* 65. 15. *Zach.* 13. 2.

TH. LXXXV.

Cum in Schola Spiritus Sancti, genus femininum absoluē seu neutraliter usurpatur, v. gr. *Psal.* 27. 4. *אֶתְנָה* *Unam peti* a Domino, *אֲזֹוחָה* *eam requiram*, pro, unum, id, *Psal.* 118. 23. A Domino *חִיא נְפָלָת* *חַיָּה זָהָב* facta est *hec*. & ea mirabilis, pro, factum hoc: *LXX.* priori textu. *μιαν ταυτην*, postiore loco, *αυτην θαυμασην*. & *Matth.* 21. 42. ibi *Mysterium* *investigandum esse innuitur*. confer. *Luc.* 2. 34. 35. *Apo.* 22. 2. 3.

TH. LXXXVI.

*Sacrificia Injustitiae*. *Psal.* 4. 6. & 51. 21. *Deut.* 33. 19. *Mal.* 3. 3. opponuntur, *sacrificiis stultorum*. *Eccles.* 5. 1. Qui, *Cultus Novi T. Spiritualis*, efficaciam, *præstantiam*, *Majestatem*, *Gloriam*, in carnalibus, terrenis, visibilibus elementis *Mundi* consti-  
tuunt.

TH. LXXXVII

Cum, ex, 12. *Legatis Exploratoribus Terre Sanctæ*, folius tantum *Josue*. *Num.* 13. 17. nomen mutatum, & similiter, ex *Legatis Christi D. exploratoribus Hereditatis Gentium Novi T.* folius Petri nominis notatio. *Joh.* 1. 43. *Matth.* 16. 18. facta est, communicatis utrisque salvatoris nomenclationis divinæ; monuit Spiritus Sanctus, efficaciam *Ministrorum Ecclesie Novi Testamenti*, non a vocationis & ordinationis *Christianis Episcopalis* charactere: sed a Divina *Virtutis Christi* per Spiritum S. influentia & communione fluere & dependere. *Joh.* 15. 16. 26. & 16. 14. & 17. 22. 26. *1 Cor.* 3. 9. *2 Cor.* 3. 5. *Col.* 1. 12. *Phil.* 4. 13. ejusque efficaciz manifestationem, *Uni vel alteri*, amplius, excellentius, notabilius Spiritum S. communicare. *2 Pet.* 3. 15. *Act.* 15. 7. *Ecclef.* 7. 1. *2 Cor.* 10. 15. 16. 17.

TH. LXXXVIII.

Vera Ecclesia Christi T. vocatur. *עֲרוֹר הַחֲרִים* *Sam.* 25. 29. *Fasciculus Viventium*. *Cant.* 1. 13. & *קְהֻלָּת חֲסִירָמִים* *Ecclesia gratiosorum*, *Psal.* 149. 2. opposite, ad *רְפָאִים קְהֻלָּת* *Ecclesiam Gigas-*

Gigantum. Prov. 2. 17. 18. & 9. 18. & 21. 16. & Δεσμας Σιγανων.  
Matth. 13. 30. Fasciculum Zizaniorum.

TH. LXXXIX.

Quod. Deut. 27. 11-15. Benedictionis Pracones, in monte Garizim, & maledictionis signiferi in monte Ebal, distinctè enumerantur, & tamen tantum maledictionis articuli recitantur, benedictionis cynosura alto silentio obvoluta, mysterium Oeconomicæ Gratiae, disertè innuitur. Rom. 5. 15. 16. si quidem, cæteroquin, consecratio sacrorum, ab olim execrationi conjuncta fuisse legitur. Gen. 3. 14-24. Esdr. 6. 10 - 12. Deut. 28. 1-20. 1 Sam. 25. 29. Jer. 17. 5-8. Psal. 1. 1-5. & 109. 17. Ruth. 1. 17.

TH. XC.

Thesaurus ab sconditorum sabulo. Deut. 33. 19. פָּנִים מִתְוַנֵּי חֹל  
est παραθύνη. S. Pauli. 2 Tim. 1. 12. oppositus thesauris impiorum & Ægypti. Prov. 10. 2. 15. 16. 21. 6. 20. Heb. 11. 26. conf. Psal. 31. 20. Job. 23. 12. 27. 13. Ezech. 7. 22. Prov. 2. 4. 8. 21. Cant. 7. 14. Esa. 33. 6. Matth. 6. 29. & 13. 44. & 19. 21. Job. 5. 20. 21. 19. Psalm. 17. 14. 1 Pet. 1. v. 4. 3. 9. Psal. 16. 5. 6. Job. 29. 18.

TH. XCI.

Particulam. מִן Pen. 15. 5. significare ibi. Gen. 22. 5. & 31. 37. Exod. 2. 12. Num. 11. 31. eaque pharsi, indigitari, ibi erit semen tuum, Christus nempe. Gal. 3. 16. qui ex semine ipsius assumeret carnem, atque ita, iſhūc, i. e. in Cœlo, veram hereditatem repositam esse, genuinis Abrahāmi filiis. Rom. 9. 8. Pal. 4. 26. Col. 4. 3. Heb. 12. 23. Job. 31. 2. Psal. 33. 12. 61. 6. Esa. 54. 17. credimus.

TH. XCII.

Mulier. Deut. 25. 9. characterizata; Israeli veteris, Mefiam accusantis, quod nollet Iudeis semen excitare, carnale Regnum erigere, ideoque, Christo Frani inspuentis. Esa. 50. 6. Matth. 27. 30. Joh. 19. 5. expressum typum, gessit. Joh. 1. 10. II. 12. Esa. 1. 4. 49: 4-7. 53. 10. Matth. 3. 11. Rom. 9. 29. 33.

TH. XCIII.

Confessionem, אֶרְם אֲכַר אֲכַר Deut. 26. 5. vertendam esse.

esse. Syrus presequebatur Patrem meum. (Laban. Gen. 31. 42.) ut  
mystico Jacobo, hæc quadrarent, contendimus. Obad. v. 10.

TH. XCIV.

Cum Spiritus S. paronomasias, & allusiones in sacra S. no-  
tavit. v. gr. Soph. 2. 4. Jer. 1. II. 12. Hof. 5. I. Amos. 8. 2.  
Mich. I. 10. 14. Esa. 5. 7. & 24. 17. 18. Gen. 9. 27. II. 9. 21. 1-5.  
27. 36. eōpsē, se omnium etiam cogitationum, actionumque liber-  
arum humanarum, præscium, conscientiæ esse manife-  
stavit, hoc respectu. 2 Pet. 2. 16. nomen Bileami S. Apostolus.  
נָעַם convertit in Βοσρ, Caro, quo mercenariorum Prophetam,  
voluptatum Carnalium Doctorem, Filium. נְאֹת carnis, typicum  
fuisse innueret. Lud. v. II. Apo. 2. 14. 20. 18. 7-14.

TH. XCV.

Promissio, Jerem. 31. 22. Iudæorum Ecclesiam, Messiam,  
ut maritum suum, in ultimis diebus Amplexuram, Hof. 3. 5.  
Esa. 54. 5. 6. Apo. 19. 7. concernit.

TH. XCVI.

Quia Deus servator noster, vult homines omnes servari, & ad  
agnitionem veritatis venire; ideo Mediator Dei & hominum Unicus  
Christus Jesus, se ipsum dedit αντιλαύτρου ὑπὲρ πάντων. 1 Tim. 2.  
4. 6.

TH. XCVII.

Tamen, qui per fidem stat με υψηλοφρονει. Rom. XI. 20.  
sed in timore & tremore salutem Perficiat Phil. 2. 12. Psal. 2.  
II. 12. 119. 120. Job. 31. 23.

TH. XCVIII.

Veritatem Divinam occultare, vel dissimulare; Matth. X. 27.  
Ezech. 33. 6. 1 Cor. 4. 2. & 2 Cor. 4. 2. 1 Pet. 3. 15. est Spiritum  
Dei extingvere. 1 Thes. 5. 19. sed negligere Quæstiones inutiles,  
rixas & contentiones parientes, est Spiritui Sancto obediare.  
Eph. 4. 3. 15. Col. 1. 8. 1 Thess. 1. 5. Psal. 119. 13.

TH. XCIX.

Proinde, qui Potestateibus obediunt, interdicentibus hu-  
jusmodi altercationes in Ecclesia, non hominibus; sed Christo  
obedientiam præstant. Eccl. 8. 2-5. Os Regis observes, etiam su-  
per verbum Juramenti Dei; nam sermo ejus potestate plenus est, nec  
dicere ei quisquam potest, quare ita facis. Prov. 25. 1. 2. 5. Rom. 13. 1-6.

Tit. 3. 1.

**Tit. 3. 1. 1 Pet. 2. 13-17.** *Numquid dices Regi, injustus es & Prince-  
pibus, impii es sis. Job. 34. 18. Eccl. 10. 17. Quale obsequium,  
Orthodoxe Ecclesie, Praxis & Doctrinæ, semper intemeratum  
Symbolum fuit, Tertulliano, Cypriano, Chrysostomo atte-  
stantibus.*

**TH. C.**

*Diabolicus proinde est illorum confes. 2 Tim. 3. 13. prætex-  
tus, qui necessitatem, sive erga Postulata Principum Pervicaciz,  
prætexunt, quæ, propagationem verae doctrinæ, ullius pasti, aut ju-  
ramenti, aut Protestationis Synodica vinculis impediendam, Conscien-  
tiaque cuiusvis Tragulam injiciendam, perstrepunt. Nusquam  
enim Christiano incumbere potest talis necessitas, ut vitam redimat  
persidia, & simulato perjurio; sic enim, qui ruit animam suam  
salvare, perdet eam, Matt. 16. 25. Quandoquidem nullus arbi-  
ter inter Deum & nos invenitur, Qui dextram suam inter-  
trunque nostrum interponere possit: Hauriant proinde temulentis,  
ex novis suis utribus. Jof. 9. 13. usque ad phrenesin, hoc scil. dra-  
conum, de Vineis sodorum suburbanis. Deut. 32. 32. 33. dum no-  
bis interim sufficiat conclusio salvatoris. ο παλαιος χριστος εστιν,  
Vinum quod ab ipsis uire retus bibimus, sub tutela Au-  
gustissimi Regis Prussiae FRIDERICI WILHELMI Domini  
Nostrri Clementissimi, quo merito, Ecclesie Primitiva Doctores,  
sub Persecutionibus etim. X. Persecutorum Rom. Imperatorum,  
inundati, exultabant; subiecto proinde, preces Academia*

*Viadrina Deus. Dies super dies Regis nosti adjicias, anni ejus ut  
generatio & generatio habitat in seculum coram Deo, gratia  
& veritas parata conservent eum Psal. 61. 7. 8.*

*Amen. Amen.*



3d 6020 II.

(2)

ULB Halle  
003 772 209

3



TA-706

WMA WAT



B.I.G.



I. N. D. E. D. N. I. C.

DISSSERTATIONUM THEOLOGICARUM  
**MISCELLANEARUM**  
CENTURIA Prima,

Quam,

Christo, Domino, Διαθηκης καινης, Hebr. 9. 15. Gratia & ira  
Prov. 8: 21. 21: 20. Matt. 6: 19. Luc. 12: 33. 2 Cor. 4: 7. 1 Tim. 6: 19.  
Joh. 16: 14. 15. Col. 2: 3. Job. 38: 22. 23. Deut. 32: 34. Rom. 2: 5.  
Jer. 50: 25. Jac. 5: 3.

ARCHITHESAURARIO Propitio,  
Sub Præsidio

**PAULI GYÖNGYÖSSI,**

S. S. Theologiæ Doctoris, ejusdemque Facultatis in Illu-  
stri Academia Viadrina Professoris Ordinarii, Ecclesiæ  
Antiquæ Apostolicæ Anglicanæ Presbyteri,

IN AUDITORIO MAIORI  
publice defendendam  
fuscepit

**JOHANNES CSEH CSUZI, *al.***

Ungarus Papensis,  
ad diem 26. Julii Hor. 10. A. D. M DCC XXVII.



FRANCOFURTI ad VIADRUM,  
Literis JOH. CHRISTOPHORI SCHWARTZII, Acad. Reg. Typogr.

